

B. M. II. 128.

K. 32. 6.

(XAB88 0469)

v. 8.

A. D. N.

DISSE^TRATI^O JURIDICA INAUGURALE

de

NOTIONE ET EXECUTIONE AUSTREGARUM,

Quam

CONSENSU & AUTORITATE

*AMPLISSIMI JICTORUM ORDINIS
IN ALMA VIADRINA,*

PRÆSIDE

VIRO ILLUSTRI ATQVE MAGNIFICO

DN. HENRICO COCCEJO

JCTO CELEBERRIMO,

CONSIL. ELECT. BRANDENB. FACULTATIS JURIDI-
CÆ ORDINARIO, & PROFESSORE PRIMARIO, nec non
SERENISS. ac POTENTISS. ELECT. BRANDENB.
ab AULÆ ELECT. CONSILIIS,

Antea

SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI,
ET COLLEGII REVISORII ASSESSORE, IN ACADEMIA
HEIDELBERG. DECRETAL. PANDECT. & JURIS GENT.
PROF. P. ORDIN. MERITISSIMO,

Dn. Patrono, atq; Fautore submissa veneratione colendo,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONO-
RIBUS ac PRIVILEGIIS RITE CAPESENDIS,


Publico Eruditorum Examini submittet

Ad D. XXVI. Maj. M DC XCIX. Horis ante- & Pomeridianis.

JOHANNES DANIEL HAKE, Hanoviensis.

Francofurti ad Viadrum, Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.







Erschmähe / Großer Freund / die schlechte Zeilen
Die Wir aus Schuldigkeit ansetzt zum Opfer
bringen /

Da Du durch dieses Werk gibst Deinen Fleiß ans Licht /
Und Deine Stirne soll ein Doctor - Hut umbringen.

Es heist der alte Brauch / der nach wie vor wird seyn /
Auch wieder willen uns auf diesen Tag zu schreiben /
Und ob gleich dieser groß und das Vermögen klein /
So können wir doch nicht mit Reimen außenbleiben.

Wo aber hebt man an den ungemeinen Ruhm /
Der hier voll Wunder muß aus Deiner Feder blicken /
Und den Ihm Deine Müh erwehlt zum Eigenthum /
Auff diesen armen Bladt nach Würden auszudrücken.
Doch dein bescheidner Sinn / der nichts von eitler Pracht
Und Wort Gepränge hält / wird mehr auffs Herz
sehen /

So diesen schlechten Wunsch hier zu Pappier gebracht /
Wie Xerxes nicht gewolt auch schlechtes Wasser
schmähent. —

Demnach so wünschen wir : Herr Hake grün' und blüh'
An Segen Glück und Heyl und allem Wolgedeyen /
Der Höchste der Dich heut nach vielem Fleiß und Müh
Mit einem Ehren - Crantz will krönen und erfreuen /
Der lasse Glück und Heyl dein stetes Erbgut seyn.
Mehr Wörter aber läßt ißt unsre Pflicht nicht hören /
Der Himmel schenke Dir nur ferner diesen Schein /
Indessen wollen wir Dich Wehrtster schweigend ehren.

Hiemit wolten sich zu des Hrn. Autoris
hochgeneigten Andencken bester
maßen recommendiren

Drey aufrichtige Freunde und Diener.

HActenus assidua spatioſa volumina juris
Volvere dulce fuit sedulitate manus.
Applaudunt Musæ clarum decus addite Pindo,
Ingenioq; labor præmia digna ferat.
Gratulor. Extollat TE summo culmine virtus,
Et laudis meritum secula cana canant.

*Hæc paucula honoris & amoris ergo
gratulabundus Nobilissimo ac
Clarissimo Dno. Candidato
apponere voluit*

J. P. SCHOPPACH, LL. Stud.





DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
De,
NOTIONE & EXECUTIONE AUISTRE-
GARUM.
SECTIO I.
Continens præliminaria.
SUMMARIA.

1. *Austregae nec confundenda cum aliqua specie judicium juris communis, nec ab omnibus penitus separanda.*
 2. *Regula in id observanda.*
 3. *Austregae non dicuntur judices, sed judicia ac instantiae.*
 4. *Quales sint judices.*
 5. *Non esse nudos arbitros.*
 6. *Nec Magistratus ordinarios.*
 7. *Nec delegatos Principis, & quo sensu sint Commissarii Cæsaris.*
 8. 9. *Ita differant Delegati Principis, & Delegati ad Austregas.*
 10. *Notio & Jurisdictio ut differant.*
 11. *Executio alia judicis est, alia ministrorum.*
 12. *Probatur, executionem judicis fieri jubendo, & cur dicitur imperium mixtum.*
 13. *Executio ministrorum seu realis.*
 14. *Distinguitur inter executiones sententiarum, & alias, quæ precedunt sententiam.*
 15. *Has Austregis quæcunque competere, ae executione autem sententiarum controverti.*

I.

AUstregarum judicia usu & moribus introducta, deinde Imperii constitutionibus confirmata, & certis legibus constituta ac formata sunt. In quibus proinde cavendum, ne aut

A

cum

DISSERTATIO DE NOTIONE

cum aliqua specie juris communis ea penitus confundamus, nève ab omnibus ejus generibus ita separemus, ut nihil commune habere dicantur.

2. Regula itaque illa religiosè servanda est, quæ de Austregis traditur in ipfa Ord. Cam. P. 3. tit. ult. §. 1. *Wir setzen/ordnen und wollen / daß in allen und jeden Fällen / die hieroben nicht sonderlich und ausdrücklich in dieser Ordnung des gerichtlichen Processus halber versehen / das gemeine Recht statt haben / und vermög desselben gehandelt und procediert werden solle. Quæ & de feudis regula statuitur in 2. Feud. 1. vers. legum.*

3. Dicuntur autem Austregæ, die Außträge / non judices, sed judicia. Nihil enim aliud est, qvam Außtrag der Sache / judicium de causa; unde nomen plurale, die Außträge / & ad formam Latinam inflexum, *Austregæ*; qvo proinde non persona, sed judicium & ipsa instantia designatur. Qua ratione etiam dicuntur *instantiae primæ*, & *privilegia primarum instantiarum*. *Recess. Imp. 1654. §. 105. §. 116. & §. 168. Instr. Pac. Osnab. art. 5. §. 56. Capit. Leop. §. 18. Ord. Cam. p. 2. tit. 2. & tit. 4. §. 11. & §. 14.* Atque adeò aliud sunt Austregæ, die Außträge und erste Instantien / aliud die Außtrags-Richtere. De qvo vid. Disp. Magnif. Dn. Præf. de *Austreg.*

4. De his igitur Austregarum judicibus notandum, quod sint (1.) Judices. *Ord. Cam. P. 2. rubr. 2. & seqq. verb. Richter.* adeoque judiciorum naturam sequuntur, quoties aliud de iis statutum non est. *per thes. 2.* (2.) Judices dati ab Imperatore ex lege Imperii, sc. vi *Ord. Cam. P. 2. tit. 1. & seqq.* adeoque lex dationis ante omnia observanda. *l. 20. §. 1. ff. de Pact. dot. l. 48. ff. de Pact.* (3.) Judices primæ instantiæ Statuum Imperii, in eorum favorem dati, ne ipsis de suis fortunis unius instantiæ

stantiae dimicazione periclitandum, eòq; deterioris es-
sent conditionis quàm quilibet privatus. *vid. Sect. 2. §. 10.*

5. Non igitur sunt 1. Nudi arbitri: etsi enim arbitrio partium personæ nominentur & elegantur, non tamen id fit autoritate privata, per nudum compromissum & mandatum, sed autoritate & lege publica; ex cuius formula qui eliguntur, ab Imperatore ipso dati videntur, & hoc sensu Commisarii Cæfarei dicuntur. *Ord. Cam. 1495. tit. Wie Chur-Fürsten/Fürsten sc.*
in verbis: Als Königlicher *Commisarius*, in Krafft der *Commission*, die Wir als Römischer König hiemit einem jeden gethan haben wollen / und soll derselb unser erkohrn *Commisarius* &c. Et deinde: Und ob der erkohrn *Commisarius*. Et mox: als Königlicher *Commisarius* &c.

6. Nec 2. Magistratus ordinarius: constat enim, Principem electum zum Außtrag non esse alterius Principis conventi magistratum ordinarium: nedum consiliarii electi sunt magistratus ordinarius sui Principis. Denique, quòd vi Cæsareæ Commissionis, adeoque non vi ordinarii magistratus cognoscant, ex *thes. s. ap-*
paruit.

7. Nec 3. sunt delegati Principis: etsi enim sint Commisarii Cæfarei, tamen cognoscunt jure primæ instantiæ, non verò vice Principis & quasi in ultima instantia. Atq; hoc quotidie servatur in Aula Cæsarea, & distingvitur inter Commissiones Aulicas, Hoff *Commissionen*, & Commissiones Austregales, auf die Außträge. *Magn. Dn. Präf. in Jurisprud. publ. cap. 32. §. 31.*
Quid autem differant, in genere videbimus.

8. Delegatus Principis fit in causis, quæ ad ipsius Principis auditorium pertinent, & ubi ipsius est cognitio; unde delegatus in cognoscendo vices

DISSERTATIO DE NOTIONE

4 Principis gerit, & ejus, non suo nomine judicat; uti
exprese dicitur in c. 11. X. de Off. Jud. det. ibi: *Judex à
nobis delegatus, vices nostras gerit: unde &c.* Et in c. 29.
cod. in not. ibi: *Qui nostra fungebantur auctoritate.* Unde
regula est Dd. *Quando in rescripto apponitur clau-
sula, Vice nostra, vel autoritate nostra, ex ordinario quo-
que fieri delegatum.* c. 4. de Rescript. in 6. Castrrens. n. 3.
& Dd. comm. in l. 9. ff. de Just. & Jur.

9. Sed Austregalis Judex datur in causis, quæ
nondum pertinent ad cognitionem Principis, sed ad
primam instantiam; Principis autem non prima, sed
ultima instantia est. Unde is judex nec cognoscit vice
Principis, sed jure primæ instantiæ, quam ne Princeps
impedire posse, cautum est per Recessus Imperii, Pa-
cem Osnabr. & Capitulationes Cæsareas, per text. sup.
§. 3 adductos. et si ad eam instantiam certo modo ju-
dicem det. sup. §. 5. Egregiè id exponit c. 1. de Offic. ord.
in 6. ubi dicitur: *Arch-Episcopum non posse judicem dare in
Suffragancorum suorum diœcésibus, quia causa ad ipsum viâ
appellationis nondum pervenit: verum, ubi per appellationem
causa ad ipsum devoluta est, tunc posse alios in istis diœcési-
bus delegare: quia in secunda instantia causa & Jurisdictione
ipsius est, quam alii mandare & delegare potest.* In pri-
ma autem Suffraganeorum instantia non potest delegare, qvia
in illa instantia cognitio ipsius non est; sed nec jure potesta-
tis in ea judicem dare, qvia Canones id impediunt. Ubi
luculenter docetur, Superiorem posse tantum dele-
gare causas, quæ ad ipsum devolutæ sunt, in causis
autem primæ instantiæ nec delegare, nec judicem da-
re. Quod ultimum aliquatenus mutatum est in Au-
stregis seu primis instantiis Statuum, quibus ipse Im-
perator ex lege publica certo modo judicem dare vi-
detur, ut jam dictum est.

10. Au-



10. Austregarum igitur Judices sunt judices dati, de quorum jam Notione & executione quæritur. Est autem Notio in genere omnis causas cognoscendi judicandi; potestas. l. 99. ff. de Verb. Signif. Ant. Matth. de Judic. Disp. 2. §. 3. Ea est vel nuda notio, seu judicandi potestas absque facultate exequendi: l. s. pr. ff. de Re jud. l. fin. vers. sed ne quis. C. ubi & apud quem cogn. vel Jurisdictio, cui cohæret exequendi facultas. l. fin. §. 1. ff. de Off. ej. cui mand. Ant. Matth. d. Disp. 2. §. 2. & 4. Wisenb. ad d. l. 99. n. 3. Vinn. de Jurisdict. cap. 5. n. 1. & 2.

II. Executionum autem variæ sunt species. Et primum quidem alia est executio ministrorum; alia Judicis. Illa vi ac manu fit, & dicitur *realis* executio. Rec. Imp. 1654. §. 15. §. 150. & pass. Hæc verò jussu, imperio, & ut hodie loquuntur, mandatis executorialibus.

12. Hinc executio, quæ à judice vi Jurisdictionis exercetur, in jure nomine *Imperii* venit, & quidem *imperii mixti*, quia cohæret & mixtum est jurisdictioni, nec fit nisi imperando & jubendo: ut patet (1.) per l. 15. §. 2 ff. de Re jud. ubi forma executionis præscribitur, & dicitur, eam fieri jubendo pignora capi & distrahi: verb. capi jubent, & mox: capi jubent & distrahi. & tum additur: exequuntur itaq; isto modo &c. (2.) per l. 1. C. Si in caus. jud. verb: Ejus jussu cui jus jubendi fuit. & verb. autoritas jubentis. (3.) per l. 2. C. cod. verb. ejus qui ita decrevit. (4.) per l. 2. C. de Execut. rei jud. verb. rem judicatam &c. perduci jubebit. In quibus textibus omnibus agitur de executione ex causa judicati. (5.) per Ord. Cam. p. 3. tit. 48. §. 1. ubi forma exequendi in Imperio ita præscribitur, ut fiat per *mandata* seu *decreta*, quæ inde vocantur, *executorialia*, *Gebots-Briefe* item *Executorial Briefe*. O. C. p. 2. tit. 23. in fin. & d. tit.

48. §. 8. verb. außerlegten Befehl &c. (6.) per R. J. 1654.
 §. 160. & 164. ubi Camera dicitur exequi per mandata
 executorialia. Unde (7.) regula illa, ab executione non
 esse inchoandum, ita efferrari solet; A mandato vel præcepto
 non esse inchoandum: eaq; nomina, executio & manda-
 tum seu præceptum, promiscuè adhibentur; ut in O.
 C. d. tit. 23. verb. daß in Gerichtlichen Sachen nicht an der
 execution und mandaten angefangen werden soll. Et de-
 inde: in denen Vermög der Recht à præcepto angefangen
 werden mag. Ut adeo manifestum sit, quod in jure
 Romano imperium mixtum nihil aliud sit quam facul-
 tas exequendi in causis civilibus, & quare ita vocetur.

13. Alia igitur longè est executio realis, quæ vi ac
 manu ministrorum peragitur: Nam & illi in Jure exe-
 qui dicuntur, l. 6. l. 8. C. de Exec. rei jud. Rubr. & tot. tit. C.
 de Sport. & executor. lit. non ut judices, d. l. 6. sed tan-
 quam executores divina jussionis seu præcepti Prætoriani, ut
 dicitur in l. 7. princ. C. de Execut. & exact. Unde &
 negotiorum executores appellantur in l. 13. §. 2. l. 16. l. fin.
 C. de Judic. Atque ita & Cameræ & circulis Imperii
 meritò tribuitur & competit executio: illi, quatenus
 jussu, imperio, seu mandatis executoriis, pœ-
 nalibus ac bannalibus peragitur; his, quatenus vi ar-
 misq; opus est.

14. Deinde, cùm omnis jussus judicis quædam sit
 executio, discernendum omnino est, inter jussionem
 & executionem, quâ sententiis causâ cognitâ inter
 partes latis pareri jubet, easq; ita mandatis & im-
 perio exequitur, quæ executio rei judicatæ dicitur,
 tot. tit. C. de Exec. rei Jud. de qua jam quæritur; & in-
 ter jussus & mandata illa cœtera, quæ varie ante sen-
 tenciam interponi necesse est; uti citationes, quæ ni-
 hil

hil aliud sunt, quām mandata comparendi injudicio; & illas quoque Judex *exequi* dicitur per nuncios vel Notarios, & dicitur executio processuum, de qua est integra constitutio Imperii *de Anno 1538. sub Rubr.* wie und was gestalt ein jeder Cammer-Bott *exequiren* soll; quae repetitur in *Ord. Cam. p. 1. tit. 35.* Talia quoque mandata sunt cum partibus injungitur litis contestatio, probatio, conclusio &c. cūm citatur ad audiendum sententiam &c. qvæ iussu & imperio judicis fiunt.

15. Et has quidem jubendi exeqvendiq; species Austregis non negamus; quæ & iis necessariò permisæ sunt, qui nudam tantùm notionē habent, quippe sine quibus nec notio aut cognitio causæ fieri, nec contra nolentes judicium peragi, nec sententia ferri posset. De his igitur quæ ante sententiam fiunt, nullum dubium, nulla quæstio est; sed de sola executione sententiarum, quæ in judicio Austregali inter partes pronūciatæ sunt, an harum executio contra Status Imperii ipsis Austregis ulla lege delata sit: quod *Sect. seq.* examinabitur.

SECTIO II.

An Austregis competit executione sententiarum seu rei judicatae.

SUMMARIA.

- | | |
|-------------------------------------|---|
| 1. <i>Austregis ulla lege dela-</i> | 3. <i>Ratio II. ex naturā instan-</i> |
| <i>tam esse executionem sen-</i> | <i>tiae.</i> |
| <i>tentiae, ostendi nequit.</i> | 4. <i>Instantiam finit sententia.</i> |
| <i>Contrariū verò rationibus</i> | 5. <i>Objectioni 1. respondetur.</i> |
| <i>probatur.</i> | 6. <i>Objectioni alteri respondetur.</i> |
| 2. <i>Ratio I. nomine Ausstrage</i> | 7. 8. 9. 10. 11. <i>Probatio ulterior</i> |
| <i>notionem contineri, non ex-</i> | <i>per rationes & autorita-</i> |
| <i>ecutionem.</i> | <i>tes.</i> |

12. Ob-

- | | | |
|---|-----------------------------|--|
| 12. <i>Objectio contra Rat. VII. re-</i> | <i>solvitur.</i> | 22. 23. 24. <i>Aliæ rationes.</i> |
| 13. 14. 15. 16. 17. <i>Aliis rationibus</i> | <i>idem probatur.</i> | 25. <i>Ad Rationem XX. Objec-</i> |
| <i>18. Origo executionum Imperii.</i> | | <i>tio I. resolvitur.</i> |
| <i>19. Textus expressus.</i> | | 26. <i>Objectio II. resolvitur.</i> |
| <i>20. Executio, non notio, Imperi-</i> | <i>um infert.</i> | 27. <i>Objectio III. resolvitur.</i> |
| <i>21. Prima instantia Imperium</i> | <i>non habet in Status.</i> | 28. <i>Generalis objectio I. resol-</i> |
| | | <i>vitur.</i> |
| | | 29. <i>Generalis objectio II. resol-</i> |
| | | <i>vitur.</i> |

I.

Constat equidem, Austregis causæ cognitionem contra Status Imperii in prima instantia delatam esse lege publica Imperii. At negamus, ullam legem ostendi posse, quæ iis etiam facultas exequendi sententias suas contra Imperii Status data sit. Quin contra, nec cum rationibus Austregarum convenire hanc executionem contra Imperii Status, & legibus Imperii eam Cameræ injunctam esse ex sequentibus causis asserimus.

2. I. Quia executio sententiæ Austregis nec ulla lege delata est, nec vi nominis continetur. De lege certum est, quod nulla, quæ illa delata sit, afferri possit. De nomine itidem. Verbum enim, Aufträge / nihil aliud infert, quam decisiones causæ controversæ, & paria sunt, Auftrag / Entscheid - und Erörterung der Sachen / sive die Sachen gegen einander aufzutragen / entscheiden / erörtern ; uti probavit Illustr. Dn. Præf. Disp. de Austreg. §. 1. Quæ verba nudam notionem significant, nec executionem comprehendunt. Quanquam vox aufzutragen / factum judicis & partis; voces entscheiden / erörtern / factum judicis denotantare videantur.

3. Ita

3. Ita & II. non magis ex altera appellatione, quod Austregae sint primae saltem instantiae, executio, sed ejus potius negotio infertur. Instantia enim juxta Dd. comm. nihil aliud est, quam disceptatio causae; Marant. *Part. s. n. 2.* Hartm. *Hartm. tit. de Miscell. c. 1. Obs. 19.*
vers. instantia autem. Mynsing. 3. Obs. 46. Treutl. *Disp. 12.*
thes. 15. lit. c. quod & probatur *ex c. pen. X. de Judic.*
ubi, quod dicitur instantia judicii paulo antea dictum fuit
decisio cause: uti & voces, *Instantz oder Rechtsfertigung*/pro iisdem accipiuntur in *Ord. Cam. p. 2 tit. 1. §. 2.*
& tit. 8. §. 6. Ord. Cam. 1405. §. 12. ibi: *Instantz oder Rechtsfertigung.* Atqui instantia finitur indubie sententiâ. Non ergo complecti potest executionem, quae sequitur demum sententiam. *l. pen. C. de Execut. rei jud. l. un.*
§. 1. ib. quod extremum in Jurisdictione est ff. Si quis jus dic.
non obt. Nec enim executio vi instantiae fieri potest,
quae jam ante executionem extincta fuit per sententiam.

4. Quod autem instantia seu disceptatio causae per sententiam finita sit, patet ex *l. 1. l. ss ff de Re jud.*
l. 19. §. 1 ff. de Rec. arb. Unde disceptatione causae finitam instantia finita intelligitur. *l. 70. juncta l. 73. § pen. ff. de Jud.* Et, cum causae controversia finiatur triennio vel biennio *ex l. 13. C. cod.* eo tempore instantiam judicii finiri constat. Marant. *d. p. 5. n. 5 & seqq.* Gail. *l. Obs. 141. n. 5. & de Pac. publ. lib. 1. c. 19. n. 14.* Hartm. *Hartm. d. obs 19.* Perez. *C. de Judic. n. 18* Myns. *Cent. 2. Obs. 48. & Cent. 3. Obs. 44.* Atque hinc exprellere in *l. 8. §. 3. ff de Fidej.* ab invicem separantur *litis exercitatio & actio judicati:* illa vero instantiam, haec executionem inferunt. Et, cum citatio, quae initium est judicii, accipiatur pro tota judicii instantia dem Gerichts-Zwang; *Ord. Cam. 1405. §. 15.* & in

Camera una citatio ad totam causam usq; ad sententiam fiat; Gail. . . Obs. 109. num. 3. Myns. n. 3. Obs. 71. certum est, sententiâ finiri totam causam & instantiam, atq; adeò executionem, quæ tunc demum sequitur, non pertinere ad instantiam jam finitam, nec sub nomine primæ instantiæ eam Austregis delatam esse.

5. Obj. I. *In d. Disp. de Austreg. §. 1. non adduci vel unum textum, qui exclusivè id afferat.* Resp. I. Sufficit, non includi executionem hoc nomine der Aufstråge: ita enim eam nec vi nominis delatam esse apparet. Cùm igitur Austregis non possit competere executio in Status Imperii, nisi jure publico ea ipsis concessa sit, ea concessio vel ex lege alia probanda est, vel saltem ipsâ vi nominis. 2. Cùm ex textibus d. §. 1. adductis appareat, promiscue accipi voces, Auftrag/Entscheid- oder Erörterungen; constet autem, ei, cui commis- tantum est, die bloße Entscheid- oder Erörterung einer Sachen, ei non esse commissam quoq; executionem, cùm voces illæ nudam notionē significant, sequitur eadē ratione, idem esse si tantum committatur der Sachen Auftrag. Et, cùm 3. lex & formula Commissionis, & quid per eam commisum fuerit, diligenter attendendum sit, c. 27. X. de Offic. jud. del. per tot. verbis autem Auftrag/Entscheid- oder Erörterung der Sachen/ sola causa cognitio seu notio, non executio significetur, illam solam, non hanc, his nominibus commissam esse tantum ostenditur. (4.) Prætereo hic alia loca, quibus expreßè fatis excluditur executio, de quibus §. 7. inf.

6. Obj. II. *Cameralis sententia qvog, dicuntur Bescheide: non tamen ideo Camera negatur Jurisdic̄tio.* Resp. I. An ipsa Camera Imperii vocatur, Bescheide / uti ipsum judicium Austregale, Aufstråge? Ex nomine toti⁹ Judicii infertur quid

quid commisum sit, non ex nomine solius sententiæ. Camera Imperii executionem habet, quia plenaria Jurisdictio, qvin expresse quoque executio lege publica ei concessa est; *Ord. Cam. p. 3. tit. 48.* non quia faltem sententias & decreta, Bescheide / facere potest: quod nudæ quoque notioni cohæret. Neq; adeò Cameræ tantum commisum est, Bescheide machen; at Austregis duntaxat der Sachen Auftrag. *d. Disp. de Austr. §. 1.*

7. III. Porrò totum Austregale judicium consistere in sola notione & decisione causæ, & finiri latâ sententiâ, atque adeò finito extinctoq; judicio non superesse amplius facultatem exequendi, satis manifestè infertur ex *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 12.* cuius verba sunt: Wo sich zutragen würde / daß die 9. Räthe -- oder der erlangt Commisari, oder erwehlt Fürst / dem Kläger in Jahrs frist -- zu endlichem Auftrag / Rechtspruch und Urtheil nicht verhelfen würden / so soll nach Ausgang des Jahrs die Sachen an das Kaiserliche Camer-Gericht *ipso jure devolvirt seyn &c.* quibus verbis totum Austregalium Judicum officium absolvitur decisione causæ & pronunciatione sententiæ definitivæ, durch endlichen Auftrag / Rechtspruch und Urtheil ; nec quicquam amplius requiritur vel ipsis committitur, hic aut alibi.

8. IV. Idem in *d. tit. 8. §. 6.* injungitur his verbis: Die niedergesetzte (Aufträge) sollen- die Rechtfertigung als so zum Beschluss fordern/ daß der Kläger in Jahres frist- zu Erörterung gelangen/ und ihm sein End-Urtheil- mitgetheilt werde. En fastigium & extremum illud officii Austregalis, das End-Urtheil zu ertheilen / quo facto & post anni lapsum finito judicio jam non amplius ullum execvendi tempus supereft, vel hic aut ulla alia lege Austregis plus commisum fuit.

9. V. Ratio quoq; universalis, &, ut vocant, adæquata Austregarum tota in executione cessat: illam enim hanc unicè fuisse jam dictum est, ne solâ unius instantiæ aleâ discrimen dignitatum fortunarumq; suarū Status subire cogerentur, & omni appellationis beneficio, quod jure communi & legibus Imperii indultum omnib9 est, soli destituti, longè deterioris essent conditionis quam privati, ipsorumq; proprii subditi: prout hanc rationem dilucide exponit ipse Carolus V. Imp. in privilegio Anno 1540. Noribergensibus dato: ubi ait,
 Ab Imp. Maximiliano I. Anno 1495. & à Se Anno 1521.
 atq; à Statibus Imperii provisum fuisse, welcher machen und vor wem Chur-Fürsten / Fürsten / Graffen / Freyen / und andere &c. in erster instantz beklaget werden / NB. damit Sie zum wenigsten zwey Instantz, und ihnen die Gutthat und Hülff der Appellationen / als wol als denjenigen / so dem Reich nicht ohne Mittel unterworffen / vorbehalten / und unbenommen bleibe. apud Wehner. Symphorem. tom. 6. E ult. cap. 7. n. 34. voce, Noriberga. Privil. 4. §.
 Daruff dann durch Weiland. Illustr. Dn. Präf. d. Disp. de Austreg. § 3. Atqui hæc ratio tota cessat in executionibus: in quibus Status Imperii nec fuerunt nec sunt deterioris conditionis quam reliqui; &, licet plures instantiæ sint, una tamen & adversus Status Imperii & adversus privatos executio, ne haec inter illos & hos differentia, neq; adeò quoad executionem novo jure novoq; judicio opus fuit. Cessante itaq; quoad executiones tota in universum ratione, Jus quoq; cessare necesse est.

10. VI. Judicibus datis non competit jure communi executio sententiæ. l. 15. pr. ff. de Re Judic. Austregarum Judices sunt Judices dati: sup. Sect. 1. thes. 4. neque

ad-
am
in-
arū
nefi-
um
diti-
anc
o. in
ait,
1521.
asen
hen/
da-
Bü-
jeni-
orbe-
pho-
4. §.
b. de
titio-
sunt
ures
perii
hos
jure
exe-
lare
om-
Au-
es. 4.
eque

neque de executione sententiæ eorum specialiter aliquid legibus Imperii statutum est. Ergò Austregarum Judicibus non competit executio.

II. VII. Per text. expr. *in Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 8.* ubi causæ immisionis & spolii, (excepto fractæ Pacis publicæ criminis) Austregis committuntur; sed executione Cameræ expressè relictâ, hoc tenore: So daß Urtheil wieder den Beklagten gesprochen / und davon ordentlicher weiß nicht appellirt würde &c. alsdann soll auff Ansichtung des Klägers durch das Kaiserl. Cammer-Gericht auff gebührliche execution bemelter Urthel procedirt und gehandelt / und dem Kläger erhoffen werden, in allermaßen / als wäre solch Urthel von gemeldtem Cammer-Gericht aufgesprochen und ergangen.

12. Nec dixeris, speciale id esse in causis spolii & immisionis. Nam 1. si Austregis ne quidem competit executio in præparatorio & possessorio, nendum in ipsa causa principali ac petitorio. Quid enim absurdius est, quam Judici executionem totius causæ finalisq; sententiæ, cùm de ipso jure dominii in perpetuum in aliud transferendo agitur, concedere; unius autem particulæ incidentis, cùm de sola momentaria possessione ad tempus danda agitur, per negare? 2. In causis spolii & immisionum *in d. tit. 8.* id omni contentione actum est, ut brevisimâ viâ immisio ac restitutio fieret; adeo ut, quicquid in compendium processus excogitari potuerit, hic expositum, & forma, tempus, aliaq; plurimum contracta ac recisa fuerint. *Ord. Cam. d. p. 2. tit. 8. §. 1.* ibi. zum schleunigen Auftrag. §. 2. ibi: Unverzüglich rechtns. §. 3. ibi: auff solche fürderliche unverzügliche maß: imo de his causis dicitur d. §. 2. daß die Stände der Käys. Maj. zu unterthänigsten Ehren und gefallen sich der Aufträge / wie die sonst

sonst ihrenthalben Versehen sind / in diesen Sachen eslicher
maßen begeben / dieselben auch also näher eingezogen ha-
ben / und auf billigem mitleiden dahin gericht / damit der
entsezt zu billiger restitution des Seinen fürderlich kom-
men möge / nachfolgender gestalt ; &c. ubi deinde sequitur
modus expeditioris processus. Atqui executione Ca-
meræ delatâ , non festinatur restitutio , sed magis im-
peditur : & multò celerior esse posset executio , si ab
eodem Judice fieret , quam si alias Judex adeundus ,
& novo quodammodo processu illa impetranda sit.
Quod si igitur ambages illæ executionis per Came-
ram ne quidem in his causis celerrimi processus evi-
tari potuerunt , nedum in reliquis causis ordinariis.
Neq; verò 3. ostendi potest , in aliis causis aliter exe-
cutionem fieri quam in causis spolii , neq; ratio diffe-
rentiæ solida dari potest , cur Austregis in his causis
negata , in reliquis permissa fit executio . Quin 4. ideo
tantum in causa spolii & immisionum , non in reli-
quis , executionis ratio memoratur , quia integer spo-
lii coram Austregis processus *in d. tit. 8.* reliquarum
autem causarum nullibi specialiter exponitur . Tan-
tum ergo abest , ut magis in causis spolii quam reli-
quis denegata fuerit executio , ut contra , et si in re-
liquis denegetur , in spolio tamen permissa fuisset , si
ejus Austregis concedendæ ulla Statibus placuisset
ratio .

13. IIX. Colligitur quoque eadem sententia ex
ordine executionis , qui exponitur latè *Ord. Cam p. 3. tit.*
48. & seqq. cùm enim ille communis sit toti processui ju-
diciario , qui in *d. Ord. Cam.* præmissus fuerat , etiam ad
Austregas is pertinebit , nam & de Austregarum pro-
cessu ibi antè actum latè fuerat : adeoque , uti utrius-
que

que instantiæ tractatio quoad ordinem cognoscendi in *Ord. Cam.* præmissa fuit, ita & utriq; instantiæ communis ordo exequendi in fine subjungitur. Et alias hæc Ordinatio, quæ de ultraq; instantia tam operosè tractavit, integra judicii parte, scil. executione primæ instantiæ seu Austregarum, mutilaretur.

14. IX. Atq; hinc hæc sola & unica lex executiōnis contra Status Imperii extat, & sola ac generaliter dicitur die Executions Ordnung / Rec. Imp. 1654. §. 167. & pass. nec in toto Imperio præter eam alia edita est, nec Austregalis executionis ullum ullibi vestigium appetet.

15. X. Quis verò crederet, in re tanti momenti, uti est executio sententiæ, adversus Principes ac Status Imperii invitatos facienda, adeò nihil curæ collocatum, ut nullibi vel verbo expositum fuerit, quomodo, quo ordine, quibus mediis & opibus executio illa fieri deberet; cùm tamen constet, quām sollicitē & operosè, quām incredibili curā ac providentiâ tandem inter Status convenerit certus exequendi ordo, & quot Comitiorum ac deliberationum difficultatibus ea res ipsis constiterit, antequam statuere potuerint exequendi modum, qui & Imperio Statibusque conduceret, & dignitati quoque eorum conveniret; uti ipsi Status loqvuntur in *Recess. Imp. August. 1510.* §. 11.

16. XI. Et, cùm igitur publicē inter Status Imperii & Imperatorem convenerit in d. § 11. Von einer solchen Ordnung zu handeln/ die Uns (dem Käyser) und dem H. R. Reich/ auch den Ständen rc. ehrlich/ nützlich/ und ihnen zu erheben und zu tragen mügentlich &c. deinde verò hanc solam exequendi in Se legem, quæ habetur in

in Ord. Cam. p.3. tit. 48. & Cameræ competit, sanciverint, constat, eam solam dem H. R. Reich und den Ständen ehrlich / nützlich / und ihnen zu erheben und zu tragen mögentlich / ipsis visam, solamque eo admissam fuisse.

17. XII. Porrò, executionem hanc Cameræ, non Austregis competere, patet arg. Erklärung des Land-Friedens 1500. tit. 7. ubi statuitur in genere, quod causas quoq; extra pacem publicam, Camera exequatur & immisiones decernat, und daß der Kläger / auf des anrufen jemands von Schuld / Ungehorsam oder ander Sachen wegen / den Friedbruch nicht betreffent / an die Acht Kommen wäre / gut recht und macht haben soll / solchs Rechters Haab und Guht von unsern Königl. Cammer-Gericht zu bannen und darein gesetzt zu werden zugehören sc. Atqui harum causarum cognitio non ad Cameram in prima instantia, sed ad Austregas pertinet. Ord. Cam. 1495. tit. wie Prälaten &c. verb. Verbrieffte oder unverbrieffte Schuld. Austregarum ergo causas Camera exequitur.

18. XIII. Quod idem ab origine sua ita quoque demonstratur: Olim Austregæ non habuere facultatem exequendi, sed omnis executio sententiarum, cùm Cameralium tum Austregalium, ad curam ipsius Imperatoris ac Imperii pertinebat. Ord. Regim. 1500. tit. Von den Zwanzigern / &c. ibi Das Wir/ auch Chur-Fürsten und andere Ständ des H. Reichs jährlich zusammen kommen sollen / von Vollziehung und Handhabung gesprochener Urtheil / NB. der Willführten Auftrag &c. zu handeln. Quæ cura tum in Regimentum Imperii eo tempore erectum transmissa est. d. t. von den Zwanzigern. & Erklärung des Land-Friedens 1500. tit. 6. verb. Wir und das Verordnete Reichs Regiment sollen auch hin- für

führō vollkommen Gewalt und Macht haben/wie und welcher maß mit *Execution* oder Straff wieder die / so sich der erkandten Urtheilen und Gebotten unsers Königlichen Cammer-Gerichts / oder NB. der willkürten Außträge freuentlich wiedersezen &c. Et mox: Damit dieselbe zu Gehorsahm und Vollziehung der gesprochen Urtheil oder gewillkürten Außtrag bracht &c. Cameræ tamen usq; ad declarationem banni & immisionis procedere permisum, eaque à Camera petenda fuit. d. Const. Erklär. des LandFr. 1500. tit. 7. Rec. Imp. 1500. tit. 37. & tit. 38. Sed cùm Regimenti constitutio ægrè procederet, amplior executio Cameræ data, & quod reliquum est, iterum ut ante, ab Imperatore & Imperio curatum; Ord. Cam. 1507. tit. 16. 17. & 19. §. 3. & mox qvidem Regimento à Carolo V. restituto rursus injunctum, Ord. Regim. 1521. in fin. princ. & §. 1. sed, cùm & tunc frustra id esset, tota executio tandem Cameræ ita data fuit, ut per Circulos eam expediret: Erklär. des Land-Fr 1522. tit. 1. qvæ lex inserta est Ord. Cam. p. 3. tit. 48. Patet igitur Austregis initio non competiisse executionem sententiarum suarum, nec eam deinde ulla lege iis concessū, sed primum Imperatoris ac Imperii, deinde Regimenti fuisse, à quo cùm in Cameram translata sit, huic eadem, quæ olim Regimento, competit executio, scilicet cùm suarum tum Austregalium sententiarum, nulla autem Austregis. Idem patet ex Rec. Imp. 1521. §. 26.

19. XIV. Expressis vero verbis quoque Austregarum executio Cameræ confertur in Käyserl. LandFr. 1548. tit. 29. §. 2. his verbis: Und ob sich begebe / - daß/ die sich den erkandten Urtheilen - der gewillkürten Außträge wiedersezen/ Schloß/bevestigung rc. zu ihren freuentlichen Händeln hätten/ - also daß wieder solche Thäter die wirkliche Execution, NB. wie in ob bemeldter unser Käyserl. Cam-

mer-Gerichts Ordnung auß diesem Reichs-Tag alshie ver-sehen ist -- nicht beschehen möchte/ so sollen unser Cammer-Richter solches an Uns ic. gelangen lassen sc. His verbis ditertissimè præscribitur modus exeqvendi sententias Austregales , si quis iis parere nolit: scil. ut illa fiat ex lege, quæ in Ord. Cam. præscripta est; ejus autem for-mula P. 3. tit 48. & 49. hæc est, ut per Cameram decer-natur executio & denique per eam injungatur circu-lis; si verò id non sufficiat, ut per eandem Cameram res deferatur ad Imperatorem : Austregis autem in to-ta ista lege nulla ne verbo quidem defertur executio, nec vel minimum ibi executionis, quæ Austregis de-lata sit, reperitur vestigium.

20. XV. Gravisimum verò præjudicium infer-ret Statibus hæc Austregis delata executio. Cùm e-nim executio sit actus imperii, imò ipsum imperium mixtum, competet hoc ipso ea in causa imperium Statui in Statum. Nec verò dici potest, quòd exerce-rent hoc imperium nomine Imperatoris. Non enim est instantia Imperatoris, sed prima, quæ non exerce-tur nomine Imperatoris, sed jure proprio primæ in-stantiæ. Nec alio sensu dicuntur Commisarii Cæsa-ris, quæm quia lege publica & jure regalis potestatis dantur à Cæfare, ad primæ instantiæ judicium per-agendum. arg. 2. F. 56. verb: *Potestas constituendorum Ma-gistratum ad justitiam, &c.* Cùm igitur par in parem non habeat imperium, sed tantum major & superior in inferiorem, l. 3. §. fin. l. 4. ff Rec. arb. detraheret utique superioritati immediatae Statuum, si primam instan-tiam haberent quasi dominam & superiorem, quæ im-perium in eos exerceret; & beneficium Austregarum, quod in favorem Statuum introductum est, Ordin. Cam.

P. 2.

P. 2. tit. 8. §. 2. voc. Threnthalben. & supr. §. 9. verteret in eorum præjudicium. Aliud est, si nuda tantum notio iis tribuatur: ea enim cùm nihil imperii contineat, quin arbitris quoque notio competit; *l. fin. C. ubi & ap. qvem cognit. constat Statibus immediata sua Superioritas, & per Austregas salva permanet.*

21. XVI. Atque hinc prudenter & cautè provisum videtur, ne Austregis executio sed nuda saltem notio competeteret; ne quid de immediato Statuum jure ac Superioritate territorii delibaretur, si non solum Imperatorem sed aliquam etiam primam instantiam cum imperio in se agnoscerent. Qua ratione etiam cautum fuit, ne Duces Circulorum in sui Circuli Status aliquid superioritatis vel Imperii sibi arrogarent. vid. Dn. Præsid. Juris P. prud. cap. 4. §. 19.

22. XVII. Unde patet, quàm parum rationi conveniat, absque ulla autoritate Austregis executionem & imperium aliquod in Principes & Status dare. Et quomodo, cùm vulgo erubescendū ei dicam⁹, qui si ne lege saltē loquitur; *Nov. 18. c. 5. princ. non verebimur imperia quasi sine lege conferre, & executiones in Principes concedere?*

23. XXIX. Quàm autem hoc abhorreat à rationibus Austregarum, vel inde appareat, quia fieri potest, ut electus Austregalis Judex sit exiguis viribus, et si Princeps; è contrario verò Princeps conventus potentissimus. Quid verò inconvenientius, quàm executiones injungi imbecillibus contra Principes potentissimos, parere sententiæ nolentes. Sæpè rei conventi, qui non sunt Status, tantâ tamen potentia sunt, ut nec Magistratus, quin nec circuli sufficient executioni, sed res ad Imperatorem & Imperium deferenda sit;

da sit; *Ord. Cam. 1507. tit. 17.* Ord. des Land-*Fr. 1521. tit. 23.* *Ord. Cam. p. 3. tit. 48. §. 9. & tit. 49. §. 2. &c.* & quis igitur committeret executionem impotenti contra non subditos longè potentiores? Quid ille ageret, si actor immittendus esset in urbes, castra, loca munita, quibus Princeps vel alius reus conventus cedere nollet: uti in casu *Ordn. des Land-*Fr. 1521. tit. 11. &c.** Neque verò vel Magistratibus rei, vel circulis injungere executionem poterit, quippe qui non exequuntur nisi ex mandato Camerae, nec aliorum mandatis executorialibus parent. *Erläär. des Land-*Fr. 1522. tit. 14. tit. 23.* & pass. Ord. Cam p. 3. tit. 48. §. 5. & seqq. & tit. 49. R. f. 1654. §. 15. in f.* Neque dici potest id facti esse. Nam non ita statuenda, nedum interpretanda sunt jura, ut facto fiant impossibilia, neque exitum habere possint.

24. XIX. Hoc manifestius apparet in casu, quo Commisfari9 Cæsar is est Jūdex Austregalis, quem Prælatum aut Comitem esse sufficit. *O. C. p. 2. tit. 4. §. 9.* Ab hoc verò qui executiones & immisiones fient contra magnos Principes copiis locisq; munitis instructos, si locis, in quæ immissio facienda est, decedere nolint?

Quin XX. cùm Consiliarii quoque Judices Austregales esse possint in causa Principis sui, *Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §. 1. §. 2. §. 10. & seqq.* iis tribuere executionem in proprium suum Principem, monstrum simillimum erit.

25. Obj. I. *Hæc ratio est valde inadæquata, utpote que in solo casu tertio, & quidem inter octo modos in uno tantum obtinet.* Refp. (1.) Jura ita interpretanda sunt, ut nec in uno casu absurditas inde sequatur. (2.) Aut judicio Austregali cohæret executio, aut non cohæret. Si illud, omnibus Judicibus Austregarum illa competet; si hoc, nulli. (3.) Neque verò ullibi habetur distin-

distinctio inter Austregas, quæ posunt exequi, & inter Austregas, quæ non posunt: nec licitum est privatis pro libitu fingere differentias, quarum nullum in Jure extat vestigium, nec pro arbitrio suo Judicum potestati modum ac fines statuere, & imperia atque executiones dare vel demere. (4.) Negatur, hanc absurditatem accidere inter octo casus tantum in uno; quod ex ipsa inspectione *Ord. Cam. tit. 4.* refellitur, ubi 6. modi seu casus recensentur, quibus Consiliarii Principis in ipsius causa Judices esse posunt, *d. tit. 4. §. 1.* §. 5. §. 6. §. 10. §. 11. §. 12. §. 14. & duo tantum in quibus non posunt. *tit. 4. §. 8. & 9.* (5.) Sed & in reliquis omnibus modis similis accidere absurditas potest, ut ostensum in *Rat. 19. & 20.* Ut adeò constet, plurimos esse Austregarum modos, quibus per naturam executio contra invitatos Principes fieri per ipsos Judices Austregales non potest.

26. Obj. II. *Ipsi Principes hunc modum contra minores Status valde probârunt; d. tit. 4. § 4.* In consentientes autem Principes suos Consiliariis executio concedi potuit. Resp. (1.) Nihil hoc concludit. Principes probârunt modum, quo Consiliarii ipsorum judicant. Ergo datur executio Consiliariis in Principes consentientes. (2.) Petitur, ut ajunt, principium. Principes modum judicii & notionis Austregalis Consiliariorum suorum probârunt; At negatur, eos probâsse ut Consiliarii illi in se imperium & executionem exercerent. (3.) Continetur in verbis contradictio. Executio non fit in consentientes & ultro parentes, sed in invitatos & non parentes. *L. fin. C. de Execut. rei jud. Rec. Imp. 1521. §. 26. & s.* (4.) Non potuit concedi quod facto ipso impossibile est, et si tunc Principes consensissent: per

naturam enim fieri nequit, ut Princeps potentissimus, præsidio militari stipatus, si nolit cedere locis aut munimentis, in quæ actor immittendus est, ad id cogi, ipsoque invito, alter vi ab iis, qui vim nullam vel non sufficientem contra Principem habent, immitti possit.

Conf. §. seq.

27. Obj. III. *At Consiliarii sunt soluti jurej. adeoque non remanent in isto casu veri Consiliarii.* Resp. (1.) In hoc casu quo judicant, non sunt Consiliarii Principis, sed Judices, etsi jurej. soluti non essent. Quid inde? Quin (2.) jusjur. quod Principi præstiterunt, nihil huc facit; quia ejus formulâ non continetur, quod contra jus agere & in judicio indistincte secundum Principem sententiam ferre velint, etsi causam injustam habeat; neque tale jusjur. esset obligatorium. Itaque (3.) nullum revera effectum habet hæc solutio à jurej. quia sive soluti eo sint Consiliarii, sive non sint, & possunt & debent id dicere & agere quod justum est; neque ideo vel minus vel magis desinunt esse veri Consiliarii, quam si eo soluti non essent. Cavetur igitur saltē hoc actu ne quis eorum sibi scrupulum fingat, sed eò alacrius quod justum est statuat. (4.) Quin, nec solvuntur jurej. nisi pendente lite, so lange die Sadie entschieden hängt. *Ord. Cam. 1495. tit. pen. vers. dieselbe 9. Nåthe.* Lis autem finitur sententiâ, l. 1. ff. de Re jud. & solutio illa expressè restringitur ad causæ cognitionem usque ad sententiam, *d. vers. ibi:* darin zu sprechen ic. Post sententiam igitur & in ipsa executione desinunt esse soluti jurejur. (5.) Sed posito hæc omnia vera esse, hoc tamen actu saltem remittitur ipsis vinculum quo Principi tenebantur, non autem etiam jus datur adversus Principem invitum, nedium extrinseca vis ex-

exequendi. Quid si Princeps nolit loco controverso cedere sed vi resistat; si opus sit militari manu; si pecuniâ &c.? An Consiliarii hoc actu, quo solvuntur à jurej. conseqvuntur imperium quoque in milites, in Cameram Principis, ut eum ad cedendum sumtusq; sufficiendos vi armata cogere & adversarium ejus immittere possint? Sed de eo plus satis.

28. Cùm igitur constet Austregis non compete-re executionem sententiæ suæ, sed Cameræ, et si dis-sentiat Schubartus apud Bluhm. *Process. Camer. cap. 27. §. 203. & seqq.* supereft faltem, ut videamus, quid respon-dendum sit ad textus in *Ordin. Cam. 1521. tit. 33. & ult. §. 9. & Ordin Camer. P. 2. tit. 4. §. 14.* ubi manifestè executio Austregis tribuitur, his verbis: Zum achten soll -- ein Chur-Fürst- 9 Råth ernennen; vor denen die Haupsach und Execution in erster Instanz gehört / und in Schrifften ge-handelt werden. Resp. I. Non agi ibi de executione sententiæ, sed ipsius causæ & instantiæ; *supr. Sect. 1. §. fin.* per qvam nihil aliud intelligitur, qvàm persecutio cau-sæ. Id verò probatur (1.) quia in *d. text.* dicitur, daß die Execution gehört werden solle; executio autem sen-tentiæ non auditur, sed fit; at causa ejusque persecu-tio auditur. (2.) Quia executio sententiæ non fit nisi causâ jam auditâ, & lite finitâ. In *d. text.* autem agi-tur de executione adhuc audiendâ. Non ergo de ex-ectione sententiæ. Quin(3.) dicitur audiendam esse in prima instantia: *dict. text.* executio sententiæ autem non continetur sub instantia. *sup. §. 2. & 4.* (4.) Qvia textus illi casum ponunt, quo Consiliarii sunt Judices Sed in hoc casu monstrosum esse, Consiliariis com-pe-tere executionem in suum Principem, quin per natu-ram impossibile, demonstratum jam est *supra* §. 25. &

DISSERTATIO DE NOTIORUM

24

25. & seqq. (5.) Atque ita s̄ēpē accipitur *executio pro perse-
cutione causæ*, uti manifestissimum est ex l. 34. in fin. princ.
ff. de Obl. & Act. l. 85. princ. ff. de Verb. obl. l. 24. §. 1. l. 28. in
fin. ff. de Appellat. l. 3. ff. de Off. ej. cui mand. l. 8. ff. de Extra-
ord. crim. l. 8. §. 2. Mand. l. fin. ff. de Priv. del. l. 17. §. 14. §. 19.
§. fin. l. 35. ff. de Injur. &c. Quin (6.) actus quoque primæ
instantiæ, uti citationum &c. dicuntur perpetuò exe-
cutiones. Ordin. Cam. 1495. §. 3. §. 7. §. 8. Ordin. Cam. 1500.
tit. 6. & pass. Ord. Cam. P. 1. tot. tit. 35. 36. 37. 38. Resp. II.
Sunt, qui putant, pro Execution, legendum esse, Execu-
tion; Blum. d. c. 27. in fin. Quæ sane locutio multò con-
cinnior, purior, ac toti textui ejusque sensui conve-
nientior est; nec equidem nos quicquam dubitamus
quoniam ita scriptum fuerit. Sed tamen, cūm codicibus
id ostendi nequeat, nec mutatio necessaria sit, in me-
dio rem relinqvimus.

29. Objicit porrò Schubartus', quod Austregæ
sint Commissarii Cæsarei, quibus executio competit.
Resp. 1. Etiam Revisores sunt Commissarii Cæsarei,
Ord. Cam. P. 3. tit. pen. §. 4. 5. 8. & 9. qui tamen executio-
nem non habent. 2. Jam supra diximus, alios esse
Commissarios seu Delegatos Principis, qui Principis
vice & nomine cognoscunt, tot. tit. X. de Offic. Jud. del.
alios, qui dati sunt jure potestatis, ut etiam in inferi-
ore instantia judicent, quibus executio non competit,
l. 15. princ. ff. de Re jud. 3. Quin nec Commissariis Prin-
cipis executio competit, si nuda notio vel cognitio, sed
tantum, si Jurisdictio commissa est, cui cohæret exe-
cutio: Austregis autem notionem tantum committi
satis expositum hactenus est.

SECTIO

SECTIO III.

An Austregis competit Jurisdiction?

SUMMARIA.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Jurisdictionem non esse si-</i> | 4. <i>Coercitionem idem esse ac</i> |
| <i>Jne executione probatur.</i> | <i>executionem.</i> |
| 2. <i>Jurisdictioni cohæret imperi-</i> | 5. <i>Probatur idem autoritatibus</i> |
| <i>um mixtum.</i> | <i>Juris.</i> |
| 3. <i>Eadem non est absq; coerci-</i> | 6. <i>& seqq. Respondetur ad Ob-</i> |
| <i>tione.</i> | <i>jectiones.</i> |

I.

EQuidem hæc quæstio ex superiore Sectione ultro sequitur & necessariò infertur: si enim Austregis non competit executio, certum est, in sensu Juridico ipsarum quoq; non esse Jurisdictionem; cùm Jurisdictionio nulla sit sine executione. Quin id unice interest inter nudam notionem & Jurisdictionem, quod huic, non illi, cohæreat executio: prout autoritatibus quoque id confirmatum est *scđt. 1. §. 10.*

2. Atque id est quod in jure dicitur, Jurisdictioni cohærere Imperium, & hoc ei inesse; *l. fin. §. 1. ff. de off. ej. cui mand. l. 3. ff de Jurisdicț. arg. l. 2. eod.* quod proinde mixtum dicitur, *d. l. 3.* quia executio fit jusſu & mandatis, adeoque imperio, ut ostensum dedimus *scđt. 1. §. 12.*

3. Eodemq; sensu dicitur, nullam Jurisdictionem esse sine modica coercitione. *d. l. fin. §. 1. & c. 28. princ. X. de Off. jud. del.* Neq; enim id aliò certius & convenientius quam ad executionem referri posse planissimum, omnisq; ulterior probatio supervacanea videtur.

4. Sanè enim nulla est executio nisi in contumaciam

D

ces

ces & sententiæ non parentes; in parentes enim atq; adeò ultro satisfacientes sententiæ alia satisfactio per executionem quæri nequit: *l. ult. verb: nec intra statutum spaciū solutioni satisficerint &c.* *C. de Execut. rei jud. l. 31. verb: His tempus ad solvendum detur; eorum, qui non reddiderint, pignora capi &c. ff. de Re jud. l. 4. §. 5 junct. §. 3. cod. l. ult. pr. C. de usur. rei jud. Rec. Imp. 1524. §. 14. verb: So offt sich der Fall des Ungehorsams begebe &c. Ord. Cam. p. 3. tit. 48. §. 10. ibi: Der ungehorsame Theil: Ordn. des Land-Gr. 1521. tit. 21. §. 2. Rec. Imp. 1521. §. 26. Rec. Imp. 1654. §. 160. 161. Tota ergo ratio executionis in eo est, ut satisfacere nolens cogatur seu compellatur, atq; adeò coērceatur ad parendum; & proinde nihil aliud est executio quam ad parendum coērcitio: quod vel sensus communis probat.*

5. Et ita in legibus coērcitio & executio promiscuè capiuntur. *l. 5. in fin. princ. C. de Fruct. & lit. exp. in verbis: executores atq; compulsores. l. ult. C. de Usur. rei jud. ubi condemnato post quadrimestres inducias (adeoq; cum incipit executio) dicitur compelli solvere. l. 31. ff. de Re jud. ubi condemnatus (adeoque exequendus) dicitur compelli ad satisfactionem: c. 29. X. de off. jud. del. ubi Patriarchæ subdelegatur Jurisdictio quoad executionem sententiæ, & dicitur expressissimè, ex hac delegatione eum habere COERTIONEM; sed & deinde promiscuè modò executio, modò coērcitio dicitur in d. c. 29. Ita, cùm executio in civilibus ferè captis pignoribus fiat, *l. 15. §. 2. ff. de Re jud. l. 5. §. 2. l. fin. & tot. tit. C. si in causa pign. capt. judex dicitur captis pignoribus coērcere. l. 31. ff. de Re jud. l. 4. §. 2. ff. damn. inf. &c. perinde ut captis pignoribus exequi in l. fin. C. de Execut. rei jud.**

6. Obj. I. Posito, illa duo (coērcitionem & executionem) esse idem, qvid tum? Resp. Sequitur, quod nulla

nulla Jurisdictio sit sine executione, quia nulla est sine coërcitione. *d. l. ult. § 1. ff. de off. ej. cui mand.* Unde porrò Austregis negatur Jurisdictio, quia nulla ipsis datur sententiæ executio.

7. Obj. 2. *Si illa duo sunt unum idemq; tam male ex eo, quod Austregas non habent coërcitionē, probatur, eos non habere executionem, ac si diceretur, eos non habere executionem, quia nō habent executionē, quae est petitio principii palpabilis.* Resp. 1. Contra: Hæc propositio: *Nulla Jurisdictio est sine coërcitione:* est in ipso textu *l. fin. §. 1 ff. de off. ej.* adeòq; extra controversiā. Hinc infertur. *Ergo nulla Jurisdictio est sine executione.* Connexionis ratio est, quia executio idem est, quod coërcitio. sup. §. 2. 3. 4. Nulla autem fortior & certior connectendi ratio est, quam *de codem*, quin id principium est omnis connexionis. Cùm itaq; demonstratum sit tota *Sect. 2.* Austregarum non esse executionem, necessariò sequitur, iis nec competere Jurisdictionem, quæ non est sine executione. *d. §. 2. 3. 4.* Resp. 2. Perperam quæstio subducitur. Falsum est, quod, Austregas non habere executionem, inde illatum fuerit, quia non habent coërcitionem; cùm illa propositio aliis longè rationibus demonstrata sit per totam *Sect. 2.* Sed id quæsitum est, an Austregis competit executio? Idque negatur, quia non competit executio sive coërcitio, sine qua Jurisdictio esse nequit. *d. l. fin.*

8. Obj. 3. *Ratio non concludit; Falsum quoq; presupponit, cùm de coërcitione eorum, qui sententiis non parent, ne vestigium in d. l. extet: sed potius fit mentio coërcitionis in genere: Unde, si quis est refractarius adversus primum aut secundum decretum, multæ dictionem, pignorum capturam, ante sententiam potest coërceri, licet nec dum ulla sententia*

sit lata, nedum executioni data: unde à negatione executionis ad negationem Jurisdictionis non valet consequentia: potest enim hæc aliis actibus mixti imperii conjuncta esse.

Resp. i. Hæc omnia negantur, nec dici sed probari debent. Quî ratio concludat, apparet ex § 7. Resp. i. Sed & contradicitorum videtur, in d.l. fin. §. 1. ff. de Off. ej. nullum extare vestigium de coercitione corum, qui sententiis non parent, & tamen mentionem fieri coercitionis in genere. Si enim de coercitione in genere ibi agitur, sequitur etiam agi de eorum coercitione qui sententiis non parent. Et, si Jurisdictionis nulla est sine coercitione in genere, sequitur, eam quoque non esse sine hac specie: negato enim genere negantur omnes ejus species. per tritiss.

9. Quin de coercitione eorum qui sententiis non parent, vel solùm vel saltem principaliter in d.l. fin. agi, inde liquet, quia agitur de Judice Jurisdictionem exercente, cuius tota ratio versatur in sententiis (qua voce comprehendimus & decreta, omniaq; quæ causâ cognitâ pronunciantur à judice inter partes) feren-dis, & qui iis parere nolunt ad parendum compellen-dis; neq; officium judicis ad alias coercitiones quam eorum, qui decretis ipsius & sententiis non parent, pertinet. Quin expressè ibi agitur de imperio mixto, quod in executione consistit, sup. Sect. i. §. 12. neque ostendi potest, hoc imperium aliter ullibi in jure accipi quam de executione.

10. Omnino autem negatur, & cùm rationitum juri repugnat, quòd contumax adversus primum & secundum decretum, vel multæ dictionem, vel pignorum capturam coerceri possit, antequam ulla sententia sit lata: Cùm nihil horum à judice fieri vel decerni possit, nisi cau-sâ

sâ vel plenè vel summarie cognitâ: quod autem prævia causæ cognitione decernitur, id ipsum est sententia, cui si pars satisfacere nolit, coërcenda illa, atque ita sententia exequenda est.

II. Perperam igitur hinc infertur, à negatione executionis ad negationem jurisdictionis non valeare consequentiam. Quod falsum quoq; esse patet ex jam traditis: sine executione enim non est Jurisdictionio sed nuda notio, quod & inter Doctores & ex ipso nomine constat.

12. Nec illud verum est, quod Jurisdictionio aliis aetibus mixti Imperii conjuncta esse posse. Quia actus mixti imperii quâ tales in exequendo consistunt. d. Sect. 1. §. 12. nec alii ejus actus ostendi ex ulla legibus possunt: nam & quod in danda bonorum possessione consistere dicitur in l. 3. ff. de Jurisd. duo membra habet, scil. causæ cognitionem, quia bonorum possessio dari nequit nisi causâ cognitâ; & executionem, si quis resistat. Hinc dicitur in d. l. 3. imperio huic inesse quoq; Jurisdictionem, & sic imperium est mixtum cum Jurisdictione: in mixtis vero, uti ea, quæ sunt invicem mixta, inter se manent distincta, ita & singulorum proprii actus. Actus igitur notionis & causæ cognitionis usque ad sententiam sunt jurisdictionis; actus executionis vero imperii, quod ei cohæret.

13. Obj. 4. Si causæ cognitio & jurisdictionio sint idem, & illa competit Austregis, etiam hæc competit. Resp. In sensu & usu Juris ea non sunt idem, sed Jurisdictionio dicitur illa potestas, cui imperium admixtum atque conjunctum est; cognitio autem seu notio non complectitur imperium. Igitur Jurisdictionio, accepta pro mixta hac potestate, uti in Jure accipitur, aliud est à notione;

tione; sed in se & quâ talis, ac verbi proprietate idem est. Nec abludit Paurim. *de Jurisdictione lib. 1. cap. 9. n. 4.*

14. Obj. 5. *Falsum est Austregas non habere executionem; quia sunt Commissarii Cæsarei.* Resp. Satisfactum jam est *Sect. 2. §. fin.* ubi ostenditur, quod Commissarii Cæsarei non habeant executionem, nisi vel illa vel Jurisdictione ipsis commissa fuerit; non verò quando notio tantum. Ut vel hinc pateat, executionem Jurisdictioni cohærere, quia hac commissâ illa quoq; committi intelligitur. Sed & negatur, Austregas esse tales Commissarios Cæsareos, qui nomine & vice Cæfaris cognoscant, cùm sint judices primæ instantiæ, adeòq; Judices à Cæsare & lege ad primam instantiam dati, & hoc sensu Commissarii dicti. *Sect. 1. §. 7.*

15. Obj. 6. *Non negatur, Jurisdictionem habentem posse coercere refractarios executioni sententiæ. Sed id non est executio.* Resp. Manifesta contradictione est, non esse actum executionis sententiæ, cùm quis resistentes executioni coercet, ut sententiæ satisfiat.

16. Obj. 7. *Differunt coercitio, quæ est pœna. l. 6. §. 2. l. 7. ff. de Pœn. & executio, quæ concernit causam principalem: idq; inde patet, quia in Camera sâpe sententia fit executio ut tamen coercitio pœnae executioni non mandetur.* Resp. I. Negatur ceercitionem accipi pro pœna. Coerceri quoq; reus & ad parendum compelli potest captis pignoribus, missione in bona, rebus debitibus manu militari ablatis &c. l. 15. §. 2. ff. *de Re jud* l. 3. §. 1. ff. *Ne vis fiat ei.* quæ non sunt pœnae sed rei persecutioes. Et d. l. 6. §. fin. loquitur de coercitione corporis in criminibus; sed d. l. ult. de effectu Jurisdictionis civilis. Porrò, etiam executio fit pœnis, & quidem in Camerâ regulariter; adeò ut literis executorialibus inferi pœna soleat. *Ord. Cam. p. 3. tit. 48. Rec. Imp. 1654. §. 159. & 162. &c. Imò executio*

cutio Cameræ olim non aliter facta fuit, qvām per pœnam banni; *supr. Sect. 2. § 18.* in qvam qvi non paret, hodie ipso jure incidit. *Rec. Imp. 1654. §. 161.* Si verò pœna executioni non mandatur, id fit qvia vel reus paret, vel qvia à contumacia se purgat. Neqve omnes gradus executionis semper adhibentur, aut adhiberi necesse est. Nec quæritur de actu qvi supponit contumacem ad ultimum usque gradum, sed facultatem exeqvendi qvousq; reus est contumax.

17. Deniqve coërcitio cohæret omni Jurisdictioni: *l. fin. §. 1. ff. de Off. ej.* pœna non omni; qvia Diuum-viri pœnale judicium non habuere. *l. i. prine. ff. Si quis jus dic.* Obj. 8. *Non apparet ullus consequentiae nexus, & sequitur saltem, Jurisdictionem non esse pœnam.* Resp. Minime: Nexus hic est: Pœna non cohæret omni Jurisdictioni. *d. l. i. prin.* Coërcitio cohæret omni Jurisdictioni. *d. l. fin. §. 1.* Igitur coërcitio non est pœna.

18. Obj. 9. *Distingendum inter illationem pœne & exactiōnem; hæc est species executionis, non illa.* Resp. Imò contrà; illa est vera species executionis Judicis, non hæc. Judex enim irrogando dictandoq; pœnam exequitur; Ministri exigunt. *l. 131. in fin. ff de Verb. sign. ubi executio dicitur fieri irrogando pœnam.* O. C. d. tit. 48. §. 1. ibi: bey einer nähmlichen Pön / & verb. zu erkennen und zu erklären. & §. 3. ibi. gesprochen und erklärət. & ita pasim.

19. Obj. 10. *Misio quoq; in bona non est executio nisi in casu d. l. 3. princip. quia fit decreto Prætoris.* Resp. Imò semper & quoties decernitur contra contumaces. Nec ratio concludit.

20. Obj. 11. *Si Austregis competit nuda notio, possunt hæ causæ per Tribunalia Imperii avocari.* *l. 58. ff. de Jud. item formule ejus prescribi &c.* Resp. Constat, hodie per Capitula-

*QH
TK
3494*


pitulationes & leges Imperii primas instantias Status aufferri, vel causas inde avocari non posse: & alias fieri id posset, etsi Austregis Jurisdictione competeret; per d. 158. quæ æquè de Jurisdictione loquitur. Formularum autem usus jam jure communi sublatus fuit.

21. Mittimus reliqua in re satis clara. Nam ex eo, quod Principes non petierunt executionem & imperium in se Austregis dari, utiq; sequitur ea data iis non fuisse; quia Austregæ non sunt constitutæ nisi in favorem Principum & ad eorum instantiam. Et licet beneficium nō in eo consistat, notionem an Jurisdictionem Austregæ, sed ut duas instantias Status habent, tamen hoc beneficium non debet detorqueri in eorum onus, ut primarum instantiarum executionibus & quodammodo imperio subjiciantur.

22. Deniq; in *l. fin. C. ubi & apud quem cogn.* expressè dicitur, Judices, qui habent solam judicandi facultatem, (uti Austregæ per tot. Sect. 2.) non habere propriam Jurisdictionem. Obj. Ex ea tantum sequitur, quod Austregæ non habeant propriam Jurisdictionem, quo tamen non excluditur mandata. Resp. Imò contrà: Mandatariis Jurisdictionis competit quoq; executio. *l. fin. pr. ff. de Offic ej. cui mand.* quæ Austregis non competit d. Sect. 2. Cùm igitur neq; mandata neq; propria Jurisdictione ipsis conveniat, supereft sola notio & nuda judicandi facultas, quæ tribui iis possit.



1077



KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

